



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

5. D. Constantino Magno, qui cum militiæ vexill[um] signo sanctæ Crucis insignisset, nemo vnquam huius signi minister, vel ex vulnere mortuus, vel captiuitatis cladem perpeusus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

cunda nox & terria, & erat, rursus simile spectaculum. His obstupefactus, vix tandem sensit Proclus, nemine vidente à Deo missum esse eum, qui loquebatur. Dicitque illi optimate: o optime, Deo resistente studiis omnibus labor est inutilis. Roga ergò Deum, ut tibi optem ferat. Dies aderat, & cum supplicis recodatus esset pontifex, rogavit an accessisset. De eo ergò ei significat Proclus, qui hæc etiam dicit: Cum tu præteritis noctibus seorsum esses cum alio, statui non temerè accedere. Cum sanctus autem rogasset, quisnam is esset, incipiens Proclus, verbis quidem totum persequitur miraculum, digito autem per imaginem evidentissimè probans, eum fuisse Apostolum, totam narrat seriem miraculorum. Quibus cum adhibuisset mentem hic vir divinus, aperte intellexit spectaculum: & factus certior se suam accepisse petitionem, Deo egit gratias. Deinde sic rursus accersit supplicem, & eum conuenit, & pro eo intercedit apud Imperatorè, & priori restituit magistratui, impletque promptius & alacrius, quæ restabant ex diuinis epistolis.

Ex histor. Tripert. lib. 1. cap. 4. & 5. Constantinus Magnus cum militia vexillum signo sanctæ crucis insignisset, nemo unquam huius signi minister vel ex vulnere mortuus, vel captivitate cladem perpassus est.

Constantinus Imperator circa meridiem
declināte iam Sole, vidit crucis signum
ex lumine factum, scripturam confertam et
dicentem, In hoc vince, Idipsum & milites
qui tunc cum ipso erant, viderunt, Dum cogi-
gitaret Imperat. quid esset, nox superuenit,
dormienti Christus apparuit cum signo, quod
vidit in caelo, iussitq; ut fieret eius signi signifi-
catio, quae foret auxilium in praeteritorum cogita-
tionibus. Mox facta die sacerdotes Christi
uocans, de dogmate cōsulebat. A quibus clarum
in religionis Christianae mysteriis institutum
esset, iussit viros eruditos ex auro & lapidibus
preciosis in vexillum crucis transformare li-
gnum, quod Labarum vocabatur. Hoc enim
signum bellicum inter alia preciosius erat, eo
quod Imperatorem praecederet, & adorari a
militibus moris esset. Vnde praecipue Con-
stantinum reor nobilissimum decus imperii
Romani, in signum mutasse crucis, ut frequen-
tatione atque cura desuescerent à priori mori
subiecti, & cum solum arbitrentur Deum,
quem coleret Imperator, vel quo duce atque
auxiliatore uteretur aduersus hostes. Semper
enim hoc signum proponebatur ante ordines
vniuersos, quod maximè laborantibus ac-
tibus in praeliis adesse praecipiebat. Constituit
itaque certos signiferos, qui in eo laborarent
quorum opus erat, ut vicibus humeris id ve-
herent

herent, & omnes acies ita lustrarent. Fertur enim quidam, eò quòd aliquando ferens hoc signum repentè hostibus inuadentibus expa- uisset, dedisse illud alteri deuehendum: cumq; se de praelio subtraxisset, & iacula declinasset, subito percussus interiit: ille verò qui sacrum suscepit trophæum, multis se iaculantibus, permansit illæsus. Mirabiliter enim diuina re- gente virtute, sagittæ hostium figebantur in signo, à signifero autem inter pericula protin- us euolabant. Dicitur autem neq; alium vn- quam huius signi ministrum, vt solet in bello vulnere mortuum, aut cladem captiuitatis perpellum.

Libellus Athanasij Episcopi Alexandrini, de pasto- ne imaginis Domini nostri Iesu Christi in Beryto urbe Syria crucifixæ, qui in 7. Synodo Oecumeni- ca actione 4. vnde nos eum descripsimus, citatur, & Athanasio iribuitur, quod plurimum facti ad libelli auctoritatem. Habetur inter opera Athana- sij, & in Tomis Laurent. Surij 9. Nouembris.

CAP. VI.

Leuate oculos intellectus vestri, nouum hoc spectaculum contemplantini, inspi- cite in Dei immensum hoc miraculum, date ei gloriam, illius inexplicabilem erga homi- nes amorem, illiusq; dispensationis magnitu- dinem considerate, lachrymas cum lætitia fundite, apud Deum nihil nouum. Deus enim existens, cuncta potest. Quod autem in diebus